Et ex ipso ordine provenire docebunt Cardinalis in Clement. ad nostram, num. 3. de heretic. Archid. & Turecrem, in cap. 2. in præterito, 28. dist. Gutierrez lib. 1. canon. cap. 7. num. 45. Mogollon, in tract. de his que in 8. §. 2. num. 26. ex Theologis Scotus in 4. dist. 37. q. unic. Valentia 4 p. tract. de sacramento O. animis dist. 9. q. 5. partio 5. Hurtado de matrim. dist. 16. difficult. 1. Nihilominus alii tenerunt contraria sententiam, videlicet provenire ex voto castitatis, quod Ecclesia annexit sacris Ordinibus, cogens eos, qui ordinem sacram fulcipient, illud emittere, non exprestè, sed tacitè, ut olim contingebat in professionibus tacitis monachorum; nam per delationem habitus professorum tacite voto castitatis obstringebantur, cap. vidua, ubi dicimus, de Regulari. Et licet Ecclesia non possit cogere quemquam ad vovendam castitatem, cum sit res merè consilii, cap. integratas 13. 31. q. 2. potuit tamen adjicere sacris Ordinibus tale votum, ita ut omnes, sacros Ordines suscipientes tenerent castitatem servare. Unde supposita hæc Ecclesiæ lege, eo ipso quo quis vult sacris Ordinibus initiari, vult per consequens vovere castitatem, sicut vult obligari ad recitandum officium divinum; quod onus sacris Ordinibus etiam est annexum. Unde haec obligatio castitatis votum dicitur in cap. unic. de voto in 6. Extravag. antiquæ, Joann. XXII. eod. tit. cap. de ius. 5. 28. distinct. docuerunt, & late hanc sententiam expoluerunt. Theologi Scholastici cum D. Thomas in 4. dist. 37. q. 1. art. 1. Vazquez. tom. 3. in 3. p. dist. 248. cap. 1. Suarez. tom. 3. de relig. lib. 9. a cap. 16. Ex Moralibus Azor. dict. lib. 13. inst. cap. 12. Sanchez lib. 7. de matrim. dist. 27. Ex Juristis Petrus Barbola in rubric. solut. matrim. 2. p. num. 100. Cesar de Ecclesi. hierarch. dist. 8. q. 7. Basilus Legion. & alii, quos laudat & sequitur Hieronymus Garcia in polit. tract. 4. p. 2. difficult. 2. dub. 3. Sed verius credo, Ordinem sacram ratione sui, & sine ordine ad votum, esse iure canonico impedimentum dirimens matrimonii. Et ratio est, quia si quis ordinaretur cum voluntate non emitendi votum castitatis, peccaret quidem, & ut plurimum maneret obligatus emittere votum ex pacto initio cum Ecclesia non aliter volente dispensare sacramentum Ordinis; tamen sic ordinatus non haberet votum castitatis, quantum inhabilis omnino fore ad matrimonium contrahendum: ergo inhabilis non provenit dimitaxat ex voto castitatis annexo Ordinibus sacris, sed ex lege Ecclesiastica constitutive, ut Ordo sacer sit impedimentum dirimens ad matrimonium subsequuntur: quare hoc impedimentum vocatur lex Ecclesiastica in Concilio Tridentino sess. 24. de matrim. cap. 9.

Supereft ut rationes cœlibatus, & continentia clericorum in medium afferamus. Et certè traduntur ratio prima provenit ab exemplo Apostolorum rationes casu & discipulorum ipsorum supra relato. Secunda libans,

H affigatur

affiguntur ab Apostolo ad Timoth. cap. 2. vers. 3. & 4. in illis verbis: *Labora, inquit, sicut bonus miles Christi Iesu; nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Quae verba ut expandam, obler-vo Romanos à castimonia castrorum nomen au- picantes, teste D. Isidoro lib. 9. originum, cap. 3., militibus prohibitus uxores ducere, aut jam ducas in castro compotare. Tacitus lib. 14. anal. ubi plura Lysius, Diocasius lib. 8. Tertullianus in exhort. ad cast. & ita cum uxoribus jam fulcitur divortium bonâ gratiâ propter mil- litiam siebat. Unde obiter intelligitur textus in l. vel senectuum 61 ff de donat. inter. Et jam olim ita exponebam textum in l. D. Hadrianus 13 ff de castris peculiis; ita ut in ejus specie uxori domi relata maritum militabitam heredem insti- tuisset sub ea conditione, si in militia perseverasset; nam cùm oparet ne ipse ad secundas nuptias transiret, ut id assequeretur, caute non appo- suit conditionem, si non nupererit; quia ea facile remittebatur ex lege Julia miscella: fed eam con- ditionem adjecti, si in militia perseverasset; quia dum ita in castris erat, alio matrimoniis jungi non poterat. Claudio tamen Imperator marito- rum ius militibus indulxit, ut quoniam uxores eis ducere ex legibus non licet, saltem hoc orbita- tis sue solarium consequerentur. Diocasius lib. 6. illic: *Militibus quoniam ex legibus uxore habere non poterant, iura matronarum induit.* Inde cum suis inscriptionibus ad legem Julianam, & Pap. ex- ponendi sunt textus in loc. 35. cum duabus sequen- tibus, l. s. cui 38. in fine, ff. ex quibus causis major. Hanc tamen laudabilem castrorum disciplinam Severus Imperator latâ lege ei asse sustulit, si Herodiano credimus lib. 6. hisfor. à quo Papinius mruuamus interpretationem (qui tempore Se- veri floruit) afferentes legibus non refragantibus milites matrimonia contrahere, in l. s. 35. ff. de riu. nupt. 1. 63. & 64. ff. de donat. inter: pro- quuntur alia de connubis militum Steuvenchius ad Vegetum de re milit. Duatus ad titulum C. de uxoribus milit. D. Jolephus de Retes lib. 3. opuscul. cap. 2. num. 9. immò nec intrare castra femeinis, etiam uxoribus, licet jure Romano. Unde in Antonio, tanquam propodium, & contra morem receptum notatur à Marone in Gallo, quod Cleopatra in expeditionem secum du- xisset.

- - Sequiturque (nefas) Egyptia conjux.

Et apud Proprietum lib. 4. eleg. 3.

Romanis uirum patuerint castra prælia;

Essem militia sarcina fida tua.

Quintilianus in declamat. Marianus, ait: *Mer- inues ab exercitu submoventur, intrare castra fa- minis non licet.* Quare D. Augustinus lib. 20. con- tra Faustum, cap. 9. refert quod Venus Vulcani conjux cum Marte bellorum præside adulterata dicaretur, ad significandum, incongruam esse bel- ligerantibus venerem. Igitur dum D. Paulus E- piscopo præcipit, ut tanquam bonus miles négo- tiis secularibus non se implicet, de nuptiis sensit, quia militibus prohibite erant, ut innuit Bellar- minus d. cap. 19. Videns Theoph. tom. 12. de frequent. malorum, fol. 265. Facit etiam exem- plum Pontificis & Sacerdotum veteris legis, qui pro toto eo tempore, quo ministrabant in taber- naculo, & in templo, abstinebant se à propriis uxoribus, quod testantur Scriptura, & San-cti Patres. Ex Scripturis habemus aliquot testi- monia, Exodi cap. 19. vers. 22. ibi: *Sacerdotes quoq;*

qui accedunt ad Dominum, sanctificantur, id est, abstineant ab uxoribus; in eo enim potissimum confitebat sanctificatio, ut patet ex eodem capite, nam vers. 10. dicebat Deus ad Moylem: *Va- de ad populum; & sanctifica illos hodie, & cru- ventque vestimenta sua.* Moyle autem intellexit illam sanctificationem de abstinentia ab uxori- bus. Nam mox accedens ad populum, & explicans illi voluntatem Dei, dixit: *Estate parati in diem terrium, & ne appropiquetis uxoribus vestris.* Ubi notandum est, illam sanctificationem seu ab- stinentiam ab uxoribus, de qua agitur cap. citato, tam populo, quam Sacerdotibus fuisse praæcep- tam; quia tam populus, quam Sacerdotes debebant audire promulgationem legis Mosaicæ, & ad illam totu' birno te disponere per abstinen- tiā ab uxoribus, & per lōtionem vestimenta- rum, & castrorum purgationem; speciali tamen titulo praæceptam fuisse Sacerdotibus pro omni tempore, quo fungebantur officio sacerdotali, sive orando pro populo, sive hostias & sacrificia offerendo, sive aliquando aliud factum minif- terium exhibendo. Hoc enim significatur illis ver- bis: *Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum, sanctificantur.* Nam tunc dicebantur accedere ad Dominum, quando vel erant oraturi, vel sacrificium oblati, vel aliquid simile factū, secundū testimonium l. Regum cap. 21. vers. 1. ibi: *Ve- nit autem David in Nobe ad Aharonecum sacerdo- tem.* Et infra: *Respondens Sacerdos ad David, ait illi: Non habeo lacos panes ad manum, sed tantum panem sanctum; si mundi sunt pueri, maxime à ma- tierib;?* Et respondit David sacerdoti, & dixit ei: *Et quidem si de materiis agitur, sicut inumnos ab heri, & nudius tertius, quando grediebamur, & fuerunt usq; aperiorum sancta.* Porro via hac pol- luta est, sed & ipsa hodie sanctificatur in vasis. Hic vides non licuisse comedere panem sanctum, nisi præmissa sanctificatione, quæ in duobus confi- tebat. Primo, ad potissimum in abstinentia ab uxoribus: secundo in purificatione corporis, si quid macula in via contraxisset. Et certè si ho- mines laici debebant hoc modo sanctificari, mul- tò magis sacerdotes, quippe quia ad maiorem pa- ratitatem, ratione status, ac officii, obligabantur. Ex Paribus docent Syricus epif. ad Hieronimum Tarragon. Epif. cap. 7. Hieronymus lib. 1. contra Jo- vin. longe post medianum, ibi: *Nam & in veteri lege, qui pro populo hostias offerabant, non solum in domi- bus suis non erant, sed purificabantur ad tempus ab uxoribus separati, & rursum, & sicutern non bibe- bant, quæ solent libidine provocare.* Illustrat Bel- larminus ubi supra, Beccanu in analog. cap. 7. q. 7. & de Mathia Summo Pontifice refutat Jolephus lib. 17. antiquit. cap. 8. quod ei non licuit sacri- care, sed illi una die substitutus datus fuit, qui sa- crificaret, quia nocte somniasse le tem cum uxore sua habere. Facit etiam exemplum Gentiliu, apud quos lege duodecim Tab. ita cave- batur: *Duos castè adcento. Immò & conjugio ulos arcebant à suis sacrificiis.* Tibullus lib. 2. elegia 1. *Vos quoque abesse procul jubes (discedat ab artu)* Quigis iulit festernā gaudia nocte Venu- Silius Italicus lib. 7. *Huc ades, ô Regina Deum, genscasta preciamur.* Clemens lib. 1. Strom. idem scribit de Egyptis; nec non sanctus Hieronymus lib. 2. in Iovia. ac creditus Augustinus serm. 37. ad fratres in ere- mo: *plura Alexand. 4. genial. cap. 17. ubi Tir- quellus, Giraldus synag. 17. idem apud eos la- cerdotes*

sacerdotes sine usi conjugii erant, l. viiiij. 60. ibi: Preper sacerdotium; ff. de donat, inter. Plura congeserunt Tiraquellus in l. 5. connub. ex num. 76. Pamellus ad Tertul. de exhort. castit. Si ergo hec observabantur in sacerdotibus, tam Judaei, quin Gentilizie religionis, quanto magis sacerdos legis gratiae, qui quotidie vera & omnipotenti Deo sacrificium offerunt, debent continent vivere, a conjugioque arceri! Facit ad rem Tertul. de exhort. castit. cap. 52. Si quotidie, omni momento oratio hominibus necessaria, unique continentia, qua oratione necessaria est. Hinc abstinentia uxoratus injungitur in certis diebus, ante Eucharistie perceptionem, cap. omnes, 96. de confecr. dist. 4. cap. 1. & per totum, 33. 9. 4. plura Theophilus tom. 16. in heterocl. spirit. p. 33. & nos in cap. unic. de parific. post parvum. D. Augustinus serm. 216. ibi: Ille homo christianus est, qui quotiens sancta solennitates venient, ut securius communicet, ante plures dies cunctam cum propria uxore vestitodie. Accedit etiam, nam qui conjugem habet, non potest faciliter in viam contemplativam animum dirigere, sed in re uxori, & familiari semper est oceupatus, cum multa sine connubii onera: hinc Apostolus ad Corin. 7. gravem conjugii sarcinam intelligens, ait: Scet ita, non expedit homini uxori balere, et in cap. omnes 7. 32. q. 7. Et si is, qui uxorem habet, vacare studiis non potest, cuius rei praeclarum prabit exemplum B. Hieronymus in Iovin. unde Cicero post Terentium repudium, ab Hirito rogatus, ut suam sororem in uxorem duceret, respondit, non posse simul uxori & Philosophiae havare operam, fortiori ratione, & Deo, & uxori non possumus recte servire, cap. 1. 21. q. 1. Meritis ergo sacerdoti Ecclesiæ Patres tot canonibus prohibuerunt sarcinam ministris usum conjugi. Julianus Imperator vix. 5. sic scribit: Apud Athenenses, qui arcana illa trahant, castissime degunt; tum eorum amictus Hyperobania ab omni prorsus generatione absinet, tanquam progressionis illius in infinitum pariceps esse minime debeat; sed diffinita potius, ac perpetuo manentis, & una contempta, incorrupte, sincerae naturæ. Cælibatum sacerdotum suader illa Epicetti disputatio, qua suadet Cycnium, sive perfectum Philosophum oportere esse cælibem, lib. 3. Arriani cap. 22. ibi: Nonne Cynicum abstrah nullo modo posse oportet a ministerio Dei, cui servit, ut possit semper adesse hominibus, non aliquatenus domesticis officiis, aut distractus his rebus, quas negligens non tuebatur, boni & integræ hominis persona, quas procurat: amittat non menum numeri & speculatoris, atque etiam prætoris Dei? Nonne oportet coniugio illegitimum cogitare quæ soero sunt dandas, alia quoque affinibus, & preterea uxoris? Deinde operam quoque impendere agrotanibua cogit, & rei acquirenda studiosum esse oportebit, ut decateri nihil dicam. Quin etiam lebetim, & scapitam habere oportebit, qui calidam infundat istatu infanti, nec non lanuâ quoque, & oleo, & graveo, & poculo epus erit puerpera. Plura non parantur ræscala, ni præterea reliquias occupationes, & distractiones negotiorum. Quid reliqui erit Regibus, quo vacare publicis rebus & negotiis queat, cui tot populus commissi sunt, tantaque carat? si nimurum est, qui speculator esse debeat aliorum omnium; quique in matrimonio constitutos, & hos etiam qui liberos educunt, quinam bene sua utantur uxore, quiescam faciat, ac rizetur; & qua familia

D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

H 2 copia.

copulam videlicet carnalem, quæ animum hominis ad inferiora deprimit, ut minus idoneus sit ad ecclesia meditanda, & tractanda. Nec obstat aliud augmentum ex eodem D. Paulo i. ad Corinth. cap. 9, in illis verbis: *Nunquid non habemus, &c.* Nam respondetur, confitare ex ipso textu, D. Paulum agere de mulieribus, quæ Apostolis ministrabant necessarii ad vitam; usus illi communis erat Apostolis, solus Paulus cum Barnaba iis non utebatur, & ita accipit locum illum D. Pauli D. Hieronymus contra Iovianum, & explicat Tertian. pro canon. Apost. lib. i. cap. 2. § 4. Nec obstat, ipsum Apostolum epist. i. ad Timoth. dixisse Episcopum debere esse unius uxoris virum; nam ut Ambrosius epist. 82. notavit, ne quis filios creare in sacerdotio. Apostolica invitetur auctoritate, habentem dixit filios, non facientem; & ita Apostolus permisit unius uxoris virum, non verò bigamum, in Episcopum eligi. Cui interpretatione contentum D. Chrysostomus in epist. Pauli ad Timoth. cap. 2. homil. 10. Epiphanius heresi 59. Hieronymus lib. I. contra Iovin. qui epist. 50. ad Pamachium, ait: *Episcopi, Presbyteri, Diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut certè post sacerdotium in eternum pudici.* Nec tantum obstat texus in dicto can. 6. Apost. nam responderetur, in eo canone nihil de ineundo à sacerdotibus, vel Episcopis connubio agi, sed quia primis Ecclesiæ temporibus uxorati assumpti fuerunt ad sacros Ordines, illis præcipitur non usus conjugalis, sed cura, & providentia erga jam duætam uxorem, cui etiæ dimisile sacerdos de alimento, & aliis ad vitam necessariis providere tenebatur. Sanctus Leo epist. 92. ad Rusticum, ibi: *Lex continentalis eadem est ministeri altaris, quæ Episcopis, atque Presbyteris, qui cum essent laici, sive clerici, licet Episcopi uxores duceverint, & filios præcreare potuerint; sed cum ad predictos pervenerint gradus, corporis ius non licere quod licuit.* Unde & de carnali fiat spirituale conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quasi non habeant, sic haberet, quod Episcopus si charitas contagiorum, & cœlesti opera nuptiarum. Episcopi enim, & Presbyteri Ecclesiæ Latine, ut lupræ retuli, abstinebant à conjugiis, sed non eas deserebant, immo eas castè ut forores tractabant. Innocentius I. in epist. ad Exuperum, cap. 9. Concilium Aurelian. I. can. 15. Turon. 2. can. 13. Arvernense can. 12. Unde de Urbico Arvernensi Episcopo refert Gregorius Turon. lib. 2. cap. 22. § 44. Papianum habuisse ut fororem, non ut uxorem. Fortunatus in poem. ad Leontium Burdigalensem, ibi:

*Cogor amore etiam Placidina pauca referre,
Quæ tibi tunc conjux, est modo charas oror.*

Passim in Conciliis Episcopoz, Presbyterissæ, Diaconissæ, & Subdiaconissæ, id est, quæ continentiam profitentes, à virorum suorum ordine ita appellabantur, ut docent plura de illis convergentes Photius in Nomocan. lib. I. tit. 37. Baronius anno 34. Bafileus dicto lib. 7. de matrim. cap. 28. Espenceus lib. 1. digress. cap. 27. Crespetius in summa, verbo Diaconissa. Messiana ad D. Hieronymum verbo Episcopoz, fol. 159. Antonius August, in epit. iur. Ponif. tit. 38. & 39. Pancirola lib. 1. var. cap. 82. Caesar de ecclz. hierarch. dispu. 8. § 2. & dispu. 9. § finali. Albaipinus in notis ad can. 19. Concil. Nicen. Justellus in notis ad can. Eccles. univers. fol. 234. Cerdà in advers. cap. 151. Mornacius in authent. Diacon. C. de

Episcop. & Cleric. Hallierius de Sacris elec. 2. § 5. sect. 4. § 6. Tamburin. de Jure Abbat. dispu. 7. q. 8. Savarus in notis ad epistaphium Sidonii, in princ. D. Baxoarroyo in cap. 2, qui clericis vel vor.

Sed suprà tradita assertioni primò obstat tex-
tus in can. 6. Concil. Tolet. 8. in illis verbis: *Sex-Expositus
ta discussio objectu, quorundam male conscio-can. 6. Con-
rur patru denotatum elogium; nam relatum est ei. Tolet. 8.
nobis, quosdam Subdiaconos, postquam ad sacri hu-
iis ordinis pervenerint gradum, non solum carnis
immunditia fordidari, cum scriptum sit, munda-
mini qui feritis vesta Domini; sed etiam, quod dictu
unque nefas est, novis uxoriis copulari, affer-
tes hoc ideò sibi licet, quia benedictionem à Ponti-
fice se nesciunt percepisse. Preiude omni excusatio-
num discurso velamine, id precipitamus observari, ut
cum iudicem Subdiaconos ordinantur, cum vestis mi-
nisterii benedictio eis ab Episcopo detur (sic in
quibusdam Ecclesiis vetus tradit antequa, & sa-
cra dignoscitur consuetudo sublatre prolatu) omni
genitus ab illis sorde mulierum, ac familiaritate re-
morâ. Ex quibus verbis conflat Subdiaconos Hispania matrimonio uti voluisse eo prætextu,
quod benedictionem à Pontifice non accepte-
rant, & jubent Patres, ut deinceps benedictio
illis præstetur, & ita continetiam servare co-
gantur. Igitur quia impedimentum conjugii
non ex ordine sacro, sed ex benedictione tantum
provenit, ac per consequens Subdiaconi, qui
bus manus hodie non imponitur, non coguntur
servare castitatem. Pro cuius canonis expeditio-
ne P. Gibalinus de clausura regul. disquisit. 3.
cap. 2. § 2. existimat, Subdiaconos, de quibus in
eo texto, conjugia contrahere posse, quia
non ab Episcopo, sed ab Corepiscopo ordinati
fuerant, cum Corepiscopis concessum esse olim
etiam Subdiaconos ordinare. Concilium An-
tioc. can. 10. Synodus Meldensis can. 44. ubi
juxta decreta Innocentii prohibetur, ne Core-
piscopos Ecclesiæ consecret, & Ordines Eccle-
siasticos, qui per manus impositionem tribuuntur,
id est, non nisi ad Subdiaconatum, & hoc
jubent Episcopo, & in locis, quibus canones
designant, agere presumat. Synodus Hispal. 2.
examini. 7. Unde cum ex defectu legitimè
ministri Subdiaconi illi ordinati non essent, recte
contendebant jus habere contrahendi mat-
rimonium. Sed haec Gibalini interpretatio, omis-
sis quæ de Corepiscopis congregatis in cap. quatuor
de coniunct. luctinari non potest ex eo, quod Sub-
diaconi conquerabantur ibi te benedictionem
non accepisse; & jubent Patres ut deinceps una
cum vestis illis tradiceretur. Igitur quia defectus,
qui prætendebatur à Subdiaconis, non era mi-
nistri, sed potius benedictionis. Quare eâ senti-
entia omisâ, verius dicendum est, Subdiaconos,
de quibus ibi, verè ordinatos esse cum
propria materia, & à legitimo ministro; sed eos
rit ordinatis non esse falso existimasse ex eo,
quia cum Presbyter, & Diaconus tempore sue
ordinationis benedictionem, id est, manus im-
positionem acciperent, Concilium Carthag. 4.
can. 3. ibi: *Presbyter cum ordinatur, Episcopo cum
beneficente, & manum super caput tenente;* &
can. 4. Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus,
qui eum benedicit, manum super caput illius po-
nat, latè probavi in cap. 1. de sacram. non re-
rand. inde existimabant Subdiaconi, quod
cum illi tempore sue ordinations per manus
impositionem ab Episcopo non consecratentur.*

& gradus Subdiaconalis adhuc in pluribus pro-vincis non esset sacer, juxta tradita in cap. à mul-tu. 9. de eccl. & qualitate, D. Roch. Pirro tom. I. Sicil. fac. fol. 71. idem putabant jus coniugii eos habere PP. vero Hispani, et si agnolcerent ritè, recteque eos ordinatos esse; tamen ne hoc velamento, aut fuso incontinenter viverent, statuerunt, ut deinceps tempore ordinantis cum sa-cra uala illis tradebantur, benedictio etiam ab Episcopo impartiretur; non tamen ut quia existimarent ex beneficio illa obligationem castitatis servandæ provenire.

Secundò supra traditis obstat textus in cap. 4. qui clericis vel uovent, in prima collect. ubi Deca-no, & Canonicis Lemovicen, ita recribit Alexander II. Cùm iustissime apud nos Herbertus later parochianus uesper, ut de ordine Subdiaconi-tua, ad quem recipiendum nimis eiormuerit, & mor-dante se ingesserat, cum emisericorditer ageremus, Non potuisse, sicut non debuerat, in hac parte pro-ficer, tandem à nobis licentiam postulauit, ut possit fibi in matrimonium aliquam legumè copulare. Nisi itaque studiosius attenderes, quod predictus ordo, cum nullam fibi dignitatem attulerit, vel bo-norem, matrimonium ejus non impediet; d. v. per Aa. f. p. m. quia si matrimonium legitime duxerit con-tribuendum; nullus vestrum à contractu matrimonii, praediti ordinis obviens, prohibere presumat, ne fibi propter hoc molestatim inferat, vel gravauerit. Ex quibus verbis aperte constat, Subdiaconum recte matrimonium contrahere posse. Ergo non recte in presenti docetur, ministris sacris matrimonium contrahere non licere. Pro cuius textus expositione Basilius de matrimonio lib. 7. cap. 27. exultavit gradum Subdiaconatus non ita lacrum fuisse etiam temporibus Alexandri III. ut Subdiaconi illud contrahere nequivissent, quod probat ex ipso Alexandro III. qui p. 18. post Concilium Lateran. cap. 4. ita scribit: Si autem Subdiaconi contraxerint matrimonium, eos dampmodo ante ta-lu fuerint, quod timendum sit, ne pro una pluribus abuantur, & similitate poteris cum suis mulieribus remanere, quia tolerandum est matrem, ut pejora ueniat. Sed haec Basili sententia aperte con-vincit ex nostro capite si qui est ejusdem Ale-xandri III. & in eo docetur, constitutus in minoribus gradibus, non vero Subdiacono licere matrimoniū contrahere. Accedit, quia pluribus ietro annis ante Alex. II. Subdiaconatus gra-dus sacer erat, yotumque castitatis annexum con-tinebat, ut probavi in cap. à multis, de eccl. & qualitate, & in cap. 31. Concil. Illyric. Quare ea sententia omisita; verius dicendum existimo, tam in dicto cap. 4. qui clericis vel uov. quam in alio cap. 4. relato à Basilio, matrimonium à Subdiacono celebratum sustineri ex dispensa-

tione Pontificis, quam supponunt ea verba: Di-
similare poteris; nisi dicamus cum Alao, quem
sequitur Antonius August. in notis ad 1. collect.
in dicto cap. 1. in ea specie Herbeatum gradum
Subdiaconatus non accepisti, quia nimis enor-miter ordinationi & ingessit: unde fatetur ipse
Alexander, similem ordinationem Heriberto nul-lam attulisse dignitatem; vel honorem; post que
verba vetus Scholastes legit, nec characterem,
telle Antonio Augustino ubi proximè; unde si
vacua fuit ipsa ordinatio, tunc potuit Subdiaconus
matrimonium contrahere.

Tertius obstat textus in can. 27. Concilii Tri-butor. relato in cap. clericis 6. de vita & honest. cle-Exponit
ric. in illis verbis: Coram populo vel legens, vel can. 7.
cantans. Ex quibus deducitur, eum qui in Ec-
clesia cepit legere, aut cantare, non posse ma-trimonium contrahere. Igitur non recte in præ-senti docetur. Lectitoribus, & aliis clericis in mi-noribus ordinibus constitutis licere nuptias cele-brare. Pro cuius difficultatis solutione di-cendum est, verum esse clericos in minoribus ordinibus constitutos, ritè, & rectè omni tem-pore potuisse coniugium intrare, can. 25. alibi 27. Apost. D. Clethens lib. 6. consit. cap. 17 Concil. Carthag. 3. can. 19. Valente 2. alias 3. can. 1. Tolet. 2. can. 1. Aurelian. 3. can. 1. Wormat. sub Hadriano II. can. 68. Moguntin. sub Ar-nulpho can. 10. dum tamet alterius sc̄ctae uxori rem noti recipere, juxta canonem 14. Synodi Chalcedon. art. 15. Nec tunc obstat textus in dicto can. 27. quia in eo agitur de filiis oblatis à parentibus Ecclesia, vel monasterio, ut ibi mi-nistrarent; quo catu cùm virtute oblationis pa-terne resilire non possint ab Ecclesia, immò veri efficerent monachit, cap. monachum, 3. 20. q. 1. dicimus latè in cap. cùm simus, 14. de regn. idèò in eo canone assertur, quod si ita oblati coram populo cōperint legere, aut cantare, non possunt postea matrimonium intrare.

Quartus obstat Synodus August. celebriata, anno 952. can. final. ibi: Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, ut in multis Conciliorum synodis matrem est, quia divina ministeria contrebant, ab August. uxoris abstant; ceteri assem clericis quando can. final. ad matrem etiam peruenient, sicut nolentes, ad continentiam cogantur. Ex quibus verbis de-ducitur, etiam clericos inferiorum graduum, jam etate proiectos matrimonio jungi non posse. Sed respondeatur continentiam in eo textu non tan-tum importare castitatem extra nuptias, ita ut sensus sit Episcopum, Presbyterum, Diaconum, & Subdiaconum; quando sacra ministeria tan-gunt, matrimonium contrahere posse; ceteros vero clericos posse, sed uxori non ducentes debere castitatem servare.

CAPUT II.

Idem (a) Herfordien. Episcopō.

Sane de clericis inferiorum ordinum, qui in coniugio constituti, diu ecclesiastici beneficia ex concessione prædecessorum suorum habuerunt, à quibus sine magno disceptamine, ac effusione sanguinis non possunt privari: f. t. duximus re-spondendum, ut quia ibi natio, & gens barbara, & multitudo in causa est, eos sub dissimulatione luctineas ecclesiastica beneficia tamdiu habita possidere; pro-D. D. Gonzal. in Decreto. Tom. III. Pars I.